

Inclita Universitas
 Domini Domini Nobis Benignissimi!

Aprime notum est Inclitae Universitati, quod ea sit Homini
 conditio, ut quilibet non tantum Deum adorare, colere, et
 venerari; sed et pro felici Regum Gubernio, incolumiq;
 illorum, qui sublimes honorum gradus tenentes vitam
 suam Regi, et Regni saluti impendunt, et devotens statu
 assidue preces votaque fundere, et pie quotidie suspi-
 rare obligetur, ut autem hoc majori cum fervore fiat,
 sine Aeterno Deo preces Peccatorum magis acceptas ne-
 cessarium esse, ut Societas frequenter congregetur, in
 hunc finem certus Locus deligatur ubi quilibet in cor-
 =de vel ipsa loci reverentia compungi, ac ita cum ma-
 jori modestia, et pietate parvum: quod animus desti-
 nat temporis compendium exigere possit, hoc quidem
 in puncto nulla Nobis omnino querulandi ansa su-
 perest, sit enim Nomen Domini Benedictum, peren-
 neque Gloriosa sua Reminiscens Regum Nostrorum
 memoria Nobis etiam Oratorii Solatium, et usum Cle-
 =menter indukerunt, cum tamen illud ipsa vetustate
 jam pene collapsum irreparabile undiq; vimas,
 et rupturas habeat, ea propter ad Inclitam Universi-
 tatem humillime confugimus, et obtestamur ut pro
 immato sibi Miserram Plebem, de quorum numero Nos
 sumus conservandi studio Nobis aliquanto propter
 Populum notabili per tot Annorum decursum nume-
 ro auctum amplius, et magis extensum ad reparimen-
 dam quam crebrior aquarum apud Nos tumor luteis
 parietibus adferre solet stragem e solidiori praecipue
 in fundamentis materia constructum Oratorium eri-
 gere possimus, et respectu etiam illo quod pro insi-
 gni, quam in Anno nisi memoria fallit 1744. dum
 Disciplinam Militarem effreni temeritate excutientes
 Incliti Regiminis Halleriani Milites in Czibakhaza tu-
 multuabantur ut primum fama abominandi facinoris
 ad Nos pervenit, illico exploratores, qui omnia eorum mo-

limina Polnokinum ad Armorum Praefecturam, et In-
clitum huncce Comitatum referebant, eorsum destinando
Nullig in Captivitate eorum opera parando exhibuimus
perennis fidelitatis Nostra obsequio a Sacratissima Caesareo
Regna Majestate Aureis 12. Donari, deq. uberiori Regna Cle-
mentia affidari simus; Parem proterea in Anno 1453.
Rebelle in Territorio Possessionis Tur semet conjungente
es nil nisi tumultum, Insolentiamqve spirantes inse-
ctando, unumqve ex iis intra vineas Turrienses captien-
do Subditatis Obligationis affectum ostenderimus, Nobis Gra-
tiose indulgere non dedignetur. Super quo dum faven-
tem praestolamur Resolutionem, manebimus

Inclita Universitas

Humillimi, et fideles Subditi
Communitas Boscensis Cōsilio.

Ad

Inclutam Universitatem
Inclysi Comitatus Békési,
ensis Dominos Dominos
nobis benignissimos.

Pro 2do

Feb 28 969 Vi